UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqva Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam, Nvnqvam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

Ad Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64144

Visual Library

AD LECTOREM.

VIDENDVM an Salomon Epiſcopus Conſtantienſis, eius nominis tertius, qui ab Iſone Sangallenſi monacho eruditus, multa ſcripſit, quę Bruſchius in Sangallenſi & Cõſtantienſi bibliothecis ſupereſſe teſtatur. Adiit Epiſcopatum anno 891. obiit anno 919.

In m. ſ. Friſingenſi hic titulus eſt. *Verſus VValdrammi ad Dadonem Epiſcopum à Salomone Epiſcopo miſsi.* Sed hunc titulum non huic ſed alteri, quod quarto loco ſequitur, carmini præponẽdum eſſe patet manifeſtè, vbi Salomon quatuor diſtichis præfatur, ſe VValdrammi verſus ad Dadonem mittere. & mox alio diſticho prę̨fationis loco adiecto, aliud VValdrammi carmen eidem mittit. Porro hoc primum & tertium carmen eſſe ab ipſo Salomone conſcriptum liquet vel ex illo: *Has accipe Dado ſalutes, conſcriptas triſti à Salomone tibi.*